Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 405. De familia tradita in Lengithi in pago Logne.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Visual Library

§. 405.

Tradidit reginolduſ pro uuindilburg I ſamiliam in *lengithi.* (i) er gubernante Corbeiam Gerberno.

§. 406.

cē ſcilicet manſos ab eodē comite recepimꝰ in reſtaurationē. dicta bona ſibi ut cenſū tenuerat ſalinarum in feodo ꝯcedētes. pterea ſciendū. quod cū idem uir nobilis cū uxore ſua pſatū cenſū. poſtquā humanitatis debitū adīpleſſent. ecc̄lie in eleemoſinā ſpecialiter delegaſſent. ob uarietatē cauſarū diatim c̄ergētiū īt ipm comitē et ecc̄liam ſic̄ conuenit. (inter) quod receptis XL. talentis Ʒildenſ. monete omni c̄olūento quod ex eiſdē ſalinis tempore uite ſue conſequi poterat. plene renūciauit. inſup et duo talenta ex pdictis VIIII. a fratribꝰ *Eſchwino* et *Ʒenrico militibꝰ de Stenberch* iure feodali poſſeſſa. datis eiſdē fratribꝰ talentis XIII. expediuit. Ʒuiꝰ itaq;. actionis ueritas ut apud poſteros n̄ros ppetuo rata et incōuulſa pmaneat. pſentē paginā inde cōſcriptā eidē ecc̄lie dedimꝰ cū añotatiōe teſtiū et ſigilli n̄rī impſſiōe inſignitā. Teſtes autē ſunt *Conradꝰ pꝓſitꝰ corbeienſis. Timmo pꝓſitꝰ de monte martis. Strigerꝰ portariꝰ corbeiēn̄. Johannes de ſanctis* monachꝰ et camerariꝰ in Amelungeſborne. milites. *Arnoldꝰ de Ʒauerſuorde. Arnoldꝰ de Paderborne. Reimbertꝰ de Emenchuſen. Theodoricꝰ de Emenchuſen.* Johannes Leſchebone et alii qͣm plures. Acta ſunt h̄ anno dn̄ice incarnat. Mͦ. CCͫͦ. XLͦ. indictione XIIIͣ. regnante Frederico Romanorū impatore et ſemp Auguſto.

Sigillum appenſum vide in Tab. VI. num. 4.

Cum itaque vicus *Halle* olim fuerit ditionis Euerſteinenſium Comitum, ex eo collegimus, *Rothwardum*, qui obuias in eodem vico duas tradidit familias eccleſiæ Corbeienſi, ad comitum Euerſteinenſium progenitores referendum eſſe. Confer. ſupra §. 104 not. (n).

(i) *Lengithi* villa erat ſita *in pago Logne*, teſte abbate Sarachone in Regiſtro B. et P. Abb. Corb. Deſignatur villa vel *Groſſen Lengede* vel *Kleinen-Lengede*, in principatu Gottingenſi ſub præfectura Niedeck adquieſcens. Hunc vicum probe diſcernas velim a vico *Lengede*, qui eſt in præfectura Peina, et a vico *Lengede*, quem complectitur præfectura Wiedelah, in Hildesheimenſi epiſcopatu clara. *Reginoldus*, qui *Lengithi* villa pagi Logne quædam tradidit eccleſiæ Corbeienſi, procul dubio ad progenitores comitum, de Northeim et Daſſel adpellatorum, ſpectauit, vti eius dona et nomen, quod inter illos crebro repetitur, videntur declarare. De villa Lengithi in pago Logne.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN